67. In pœnam Conuentionalem debiti congruo tempore non ſoluti, poteſtne aliquid vltra ſortem exigi, quod propriè pœna ſit ? ibidem.

68. An ratione periculi in recuperando mutuo poſſit aliquid vltra ſortem exigi. p.135

69. Ob aſſecurandam ſortem poteſtne mutuator pretium à mutuatario exigere. ibid.

70. Gener non recipiendo in dotem fructus ex pignore dotali perceptos, excuſaturne ab vſura, quia conceduntur fructus in partem dotis ad matrimonij onera. pag. 136.

71. Vxor, defuncto viro poteſtne fructus pignoris, quod fuit à dotante, durante matrimonio conceſſum,percipere,non computandos in ſortem dotis expectatæ, niſi ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis,aut ratione pœnæ conuentionalis, vel donationis. ibidem.

72. An vxor poſſit, poſt viduitatis annum, non computandos in ſortem dotis pignoris recipere fructus,niſi forte ratione lucri ceſſantis. p.137

73. An validum ſit ſtatutum, quo caueretur, viduæ ex bonis mariti ſoluendam eſſe penſionem ſingulis annis ad rationem octo vel decem pro centum interim, dum dos ei non fuerit ſoluta, poſſit-

ESCOBAR
Theol: Mor.
Tom: V.VI.VII.
E.IV
6

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſitque vidua præfatam penſionem accipere, etiamſi habeat aliunde ex quo ſuſtentetur, nullumque ei damnum immineat, aut lucrum ceſſet ex dote non ſoluta. ibid.

74. An proprietarius laicus poſſit abſque vſura recipere fructus pignoris feudalis non computandos in ſortem. ibid.

75. An hæc deciſio non ſolum in pignore feudali locum habeat, ſed etiam in pignore emphyteutico, vſufructuario, vſuario, & conductitio. p.138

76. An excuſentur ab vſura pietatis Montes. ibid.

77. Si pecunia Montis pietatis negotiationi expoſita ſit, poteſtne, exigi aliquid vltra ſortem, & vltra id, quod exigitur ad Montis conſeruationem. p.139

78. An vſurarius acquirat, dominium eorum, quæ per vſuras comparat. ibid.

79. An ſi quis concurrens ad vſuram, partes mutuantis gerat peccet contra iuſtitiam: teneaturque reſtituere. ibid.

80. An Famuli, alijque nudum miniſterium exercentes in re vſuraria, excuſentur ab iniuſtitia, ac reſtitutione? p.140

81 An petere mutuum ſub vſuris à fœneratore parato, abſque neceſſitate ſeu vtilitate ſit mortale. ibid.

82. An ſufficiat, vt quis vſurarius manifeſtus valeat appellari, vt ſemel, vel iterum vſuras publicè exercuerit? p.141

83. An debeat Iudicis ſententia accedere, vt vſurarius pœnis à iure impoſitis afficiatur. ibid.

84. An ſolui ille, qui vſuras palam exercuiſſe conſtiterit comprehendatur in omnibus pœnis à iure vſurario indictis. ibid.

85. An ſemel vel iterum exigens vſuras, aut exigens occulte poſſit, tum ab Eccleſiaſtico, tum à ſæculari iudice puniri arbitrariis. pag. 142

Cap. 15. Circa Teſtamentum, ac Codicillum. ibid.

86. Si adiectum eſt iuramentum teſtamenti reuocandi, poteſtne adhuc licite reuocari. ibid.

87. Eſto teſtamentum iuramento confirmatum licite reuocari non valeat; validene poteſt reuocari. p.143.

88. Teſtator ſibi imponit pœnam, ſi prius teſtamentum reuocauerit adiiciens ſolutioni huius pœnæ iuramentum: Debeturne, talis pœna iuramenti ratione? ibid.

89. Si teſtator voto ſe Deo obligauit, relinquendi mille aureos pro pauperibus, & illos relinquat: poteſtne hoc legatum reuocare? ibidem.

90. Ex Facultate Regis, vel Principis ſupremi poteſtne teſtator irreuocabile teſtamentum condere, ita vt nec valide quidem reuocare valeat. p.144

91. Quando conditum eſt teſtamentum à non habente filios, qui tamen poſtea habuit, id teſtamentum reuocatumne cenſetur quoad hęredis inſtitutionem, & quoad legata. ibid.

92. Pater, qui non habens filios teſtamentum condidit, & poſt natos filios diu ſuperuixit, nec prius teſtamentum reuocauit: Teſtamentumne illud ad legata cenſetur, eſſe reuocatum. ibid.

93. Quis in morbo teſtamentum geſſit hac verborum forma: *Si hoc morbo è vita diſceſſero &c.* at poſtea conualuit, & nullum aliud teſtamentum condidit: Valetne adhuc prius teſtamentum. pag. 145.

94. An teſtari valide poſſit ille, de quo conſtat, habuiſſe dilucida interualla, & non conſtat, num actus geſtus fuerit tempore ſanæ mentis. ibid.

95. An valida ſint vſurarij ad cauſas pias legata. ibid.

96. Cum quis teſtatorem occidit eoque ipſo ab occiſi excluditur hæreditate, hæreditas illa applicaturne fiſco. p.146

97. An filius ſpurius poſſit aliquid accipere in ſubſtitutione fideicommiſſaria. ibid.

98. An hæres ſiue fidem dederit patri ſpurij ſiue non dederit, poſſit ſi velit licite ea bona ſibi retinere, & ſpurio non dare. p.147

99. An ſpurius ſubſtitutus pupillariter filio legitimo obeunti, poſſit

succedere

ſuccedere pupillo in bonis paternis talis ſubſtitutionis virtute. ibid.

100. Pater ſpurij dicit alteri habenti filium ſpurium, ego inſtituam hæredem tuum filium, & tu inſtitues meum, huiuſmodi inſtitutio validane eſſet, niſi obſtaret Bulla Pij. V. p. 148

101. An poſſit pater filium ſpurium inſtituere hæredem ſub conditione, ſi à Principe legitimetur. ibid.

102. An filius ſpurius poſſit, de iure communi, à matre vel à matris adſcendentibus per teſtamentum accipere. ibid.

103 An ſpurio etiam non indigenti, ſed aliunde potenti ſe alere, poſſit pater alimenta præbere teſtamento. pag. 149

104. Alimenta ſpurijs dandane ſunt ſolummodo ad neceſſaria naturæ ſuſtinendæ, non ad ſtatus decentiam. ibid.

105. An iudicandum ſit ſpurium indigere, quando habet aliqua bona immobilia, ex quorum redditibus non poteſt, ſufficienter viuere, poſſet tamen, ſi ea venderet, ex pretio viueret. ibid?

106. Si aliquis ſic inſtitutus ſit hæres in re certa, vt teſtator expreſſe dixerit, ſe nolle quod in his bonis ille ſuccedat, debetne adhuc in illis ſuccedere. 150

107. An ſucceſſio filij in bonis paternis ſit ex iure diuino. ibid.

108. An Pœnitentia filij poſt culpam ſequuta ante mortem patris ſufficiat, ad abolendam exhæredationis cauſam, ita vt poſtea contra eius valorem poſſit agere. 151

109 An pars illa, quæ danda eſſet filio exhæredato, debeat alijs filijs accreſcere. ibid.

110. Eccleſia, vel quæuis alia cauſa pia quando eſt hæres, & non conficit inuentarium, teneturne ſicut aliis hæredes, omnibus creditoribus etiam ſupra vires hæreditatis. 152

111. Excuſaturne, in cõſcientiæ foro hæres à ſoluendis debitis ob inuentarij omiſſionem. ibid.

112. Quando duo homines ſunt eiuſdẽ nominis, ſi ex coniecturis, & circunſtantijs conſtare non poteſt, cuinam eorum legatum relictum ſit, valetne legatum. ibid.

113. Quando duo ſunt Antonij, & non conſtat cuinam ex hiſce legatum relictum fuerit, hæréſne poteſt, ex illis, quem maluerit, eligere. 153

114 Antonius legatum reliquit, cuius annui redditus in pauperes expenderentur iuxta ſuorum teſtamentariorum placitum: An poſſint ipſi totam illam quantitatem ſemel applicare alicui hoſpitali, vt ex ijs redditibus inibi pauperes curentur. ibidem.

115. Si quis generatim legatum pauperibus relinquit, poteſtne pauperibus extra teſtatoris locum exiſtentibus dari. 154

116. In electione pauperum, quibus generatim legatum relinquitur, præferendine ſunt pauperes conſanguinei teſtatoris. ibid.

117. Elector pauperum, quibus legata eleemoſyna eſt diſtribuenda, poteſtne eam proprijs conſanguineis ſi ſint pauperes, elargiri? ibid.

118. Diſtributor pecuniæ pauperibus legatæ, poteſtne partem ſibi applicare, quando re vera ipſe inopia afficitur? ibid.

119. Ille cui committitur diſtributio inter pauperes facienda, debetne ſemper pauperiores præferre? p. 155

120. Quando teſtator præcipit vt ſumma quædam pauperioribus detur ſi id non fiat, diſtributores teneturne ad reſtitutionem? ibid.

121. Si legatum ſit, vt ſumma quædam pauperibus diſtribuatur poteſtne totum vni pauperi? ibid.

122. Legatum relictum virginibus pauperibus ad nuptias, poteſtne iis dari, quæ nubere nolunt, vt Religioſæ fian.tibid.

123. An in foro conſcientiæ hæres, vel executor poſſit differre per annum legatorum exequutionem? p. 156

124. Quando legatum relictum eſt pro puellis orphanis: poteſtne illud admitti quæ patrem quidem habet ſed ad puellæ ſuccurrendum omnino inutilem? ibid.

125. Legatum pro liberandis incarceratis poteſtne impendi pro alicuius incarceratione impedienda? p. 157

126. An legata, quæ impleri non valent poſſit Epiſcopus in quemlibet pium vſum commutare? ibid.

127. An exequutori teſtamenti debeatur ſui officij ratione ſalarium? ibid.

## LIBER XXXIX.

*Contractus Oneroſi.*

### SECTIO I.

*De Contractibus Oneroſis receptiores ſine lite ſententiæ. p.158.*

Cap.1. DE Emptione. ibid.
2. De Venditione. 160
3. De Cenſibus. 163
4. De Cambiis. p.165
5. De Locatione,& conductione. 167
6. De Emphyteuſi. 169
7. De Feudo. 170

### SECTIO II.

*Dubia de Contractibus oneroſis. pag.171.*

Cap.8. Circa emptionem, & venditionem. ibid.

Dub.1. An res, quæ nec pretium legitimum, nec vulgare habent, poſſunt vendi, quanti contrahentes inter ſe conuenerint. ibid.

2. Cum exteri triticum per mare aſportatum vltra taxam legitime vendunt, poſſuntne naturale triticum ex ſuis agris collectum vel aliunde adductum, æque bonum, imò melius, eodem pretio vendere. ibid.

3. Si tritico ex malitia admiſceas grana inutilia aut vino optimo deterius, vel aquam, aut veteri nouum, ita vt ex admixtione huiuſmodi deterius non fiat, potéſne pretio taxato vendere. p.172

4. An ſit contractus iniquus, quo triticum vel aliam mercem quis vendit pretio à lege taxato ſub conditione quod emptor in moneta aurea aut argentea ſoluerit. ibid.

5. Emit quis triticum vltra taxam ab eo qui licitè vendit ratione aſportationis: Poteritne id eodem pretio alteri reuendere. p.173

6. An iura aſportationis exigere poſſit qui tempore abundantiæ, quando neceſſum non eſt triticum aſportari, id geſſert. ibid.

7. An peccet lethaliter Clericus, aut diues, qui frumentum in farina aut pane cocto pretio à lege Regia præſcripto vendiderit. ibid.

8. An emptio tritici, vt creditoribus des ſolutum ſit legibus non reuendendi prohibita. p.174

9. An qui pluries emit triticum ad reuendendum, nunquam tamen punitus fuit, debeat puniri pœna, quæ tertio ementi eſt impoſita. ibid.

10. An res vendi poſſint carius, quam per ſe valent ratione ſolutionis creditæ. p.175

11. An merces pretioſę in magna quantitate ad nundinas, ſiue ad portum adiectæ poſſint credito carius vendi, quam ſit ſummum pretium illarum, ſi præſenti numerata pecunia venderentur. ibid.

12. An poſſit anticipata ſolutione minoris emi centum debita Antonio poſt annum ſoluenda pręciſe, ſine alio incommodo. p.176

13. Cum ex cauſa extrinſeca, nempe ex decreto Principis, ex abundantia, vel ſterilitate repente ſuperuentura valor mercium augendus, vel imminuendus eſt: qui hoc ſciat priuatim, poteritne vendere, vel emere pretio currenti. ibid.

14. An poſſis pecuniam, quam priuatim ſcis breui tempore imminuendam, vel deponendam, mutuari cum obligatione eandem quantitatem reddendi. p.177

15. Sciens ex Conſiliarij Regij (v.g.) monitu tritici valorem cito lege promulganda imminuendum, poteſtne licitè id pretio currenti vendere, vel emere. ibid.

16. An cenſeatur deceptor iniuſtus qui interrogatur an pretium mercis imminuendus ſit, obſurdeſcit, vel reſpondet, ſe neſcire, vel aſſerit, diminuendum non eſſe. ibid.

17. An vt emptor dicatur læſus vltra dimidium iuſti pretij debeat, rem valentem centum, emere pluſquam ducentis (verbi gratia) regalibus. p.178.

18. Lædens emendo, vel vendendo intra dimidium, an peccet, & teneatur ad reſtitutionem. ibidem.

19. Quoad forum Eccleſiaſticum lædens intra dimidium teneturne lęſionem reparare. 179

20 An

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

20 An ex contractu per procuratorem inito concedatur actio, vt contractus in quo quis læſus fuit intra dimidium reſcindatur vel inæqualitas reparetur. ibid.

21 Si læſio intra dimidium in dotis æſtimatione contingat, concedatur actio. ibid.

22. An ius accreſcendi tranſeat, in emptorem hæreditatis. p. 180

23. Res vendita cum expreſſione quantitatis eſt, at poſtea maioris, vel minoris quantitatis eſſe reperitur: Pretium ſitne augendum, aut diminuendum, ſi venditio ſit corporis. ibid.

24. An teneatur venditor, vitium occultum mercis nec notabiliter noxiæ, vel inutilis emptori manifeſtare, ſi credat non empturum vel non empturum tanto pretio. p. 181

25. Facto emptionis, ac venditionis contractu teneturne venditor, rem venditam tradere emptori, cum primum poſſit, an ſatisfaciat inter eſſe ſoluendo. ibid.

26. Si venditio completa non ſit, eo quod neque pretium non ſit ſolutum, nec fides de ipſo accepta, an fructus competant venditori. pagina 182.

27. An poſſit abſque vſuræ labe venditor cum emptore conuenire, vt interim, dum pretium non ſoluerit, vel res alia frugifera emenda non affertur, aliquam penſionem annuatim ſoluat. ibid.

28. Donatio incipiens à promiſſione ſi rei ſingularis, & determinatæ facta ſit, obligatne donatarium ad euictionem. p. 183

29. An cùm emptor de euictione agit, venditor etſi priuilegiatus, debeat ſequi in hac cauſa forum emptoris. ibid.

30. An Mobilia pretioſa, nempe arma, gemmæ, lapideſve pretioſi, aliaque ſimilia ſint retractui ſubiecta in venditione, & emptione. p. 184

31. An ex emptione ſub pacto reuendendi interueniente modiciſſimo pretio, præſumatur vſura. ibid.

32. An facto reuendendi pacto in fauorem venditoris, emptor poſſit compelli ad reuendendum. ibid.

33. An ſi quis promittat, ſe contracturum obligationem reuendendi poſſit ad reuendendum compelli. p. 185

34. An minor emens cum pacto reuendendi poſſit obligari ad reuendendum abſque Iudicis decreto, bona immobilia. ibid.

35. An ſi de facto emptor rem venditam ſub pacto redimendi vendat alteri, primus venditor ex vi prædicti pacti poſſit aduerſus ſecundum emptorem agere ad rei vindicationem. ibid.

36. An Gabella debeatur ex venditione ſub pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, aut ex pacto reuendendi, adiecta clauſula, quod res inempta ſit. p. 186

37. An verſuræ, quas vulgo Moatras vocitamus, ſint licitæ, & validæ. ibid.

38. An ſit contra iuſtitiam Monopolium, cum mercatores conſpirant, ne merces vendantur niſi intra ſummi pretij latitudinem. p. 187

39. An Monopolium ſit illicitum, ſi quis vel alij cum illo omnes merces alicuius generis tempore abundantiæ vili pretio emant, carius poſtmodum diuendendas. 188

40. Falſas litteras quis ex induſtria apponit legendas, quibus emptores inducuntur ad carius emendum: perpetratne iniuſtitiam. ibid.

41. Qui veras litteras conſciſſas legit, quarum occaſione lucrum alteri præripuit: teneturne ad reſtitutionem. 189

Cap. 9. Circa cenſum, ſeu annuum redditum. ibid.

42. An cenſus, qui de facto conſtitui ſolent, ſint mere reales, & non mixti. ibid.

43. Cum dubitatur, an aliquis cenſus ſit redimibilis, vel irredimibilis: præſumendusne eſt, eſſe redimibilis. 190

44. An cenſus redimibilis pertineat ad immobilia bona, ſi ſit ad modicum tempus. ibid.

45. Attento ſolo iure naturæ licitumne eſt cenſum realem emere, aut vendere. 191

46. Cenſus merè perſonalis, cuius pretium non adæquat cumulum, licitène emitur de iure naturæ, quando lucrum ceſſans vel periculum aut ſimile quid non intercedit. ibid.

47. An cenſus perſonalis temporalis licitus ſit. 192

48. An licitus ſit cenſus temporalis ad indeterminatum tempus & incertum, ſcilicet ad vitam emptoris,




ESCOBAR
Theol: Mor.
Tom: V.VI.VII.
E.IV
6

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui cenſus dicitur Vitalitius. ibid.
49. Quando ab initio conſtituti cenſus nullum pactum præceſſit circa pretium redemptionis, ſed ſolum conſtitutus fuit cenſus redimibilis quem venditor poſſet eodem pretio redimere, poteſtne poſtea emptor ipſe ſicut quilibet alius redimere cenſum minori pretio, eo quod ex variis accidentibus diminutus ſit. p.193
50. An loquendo de iure poſitiuo illicita ſit ſecunda minori pretio, cenſus redimibilis venditio. ibid.
51. Fructus ex cenſu minori pretio empti debentne reſtitui. p.194
52. An peccet lethaliter emptor qui in modico pretium iuſtum cenſus defraudauit. ibid.
53. Bulla Pij V. circa conditiones aſſeruandas ad cenſus valorem, obligatne vbique. ibid.
54. An vnus cenſus poſſit ſuper alio vel alijs conſtitui. p.195
55. Conditio hæc vt cenſus ſuper re immobili conſtituatur, requiſita poſitiuo iure, requiritur ne etiam iure naturali, ad cenſus iuſtitiam. ibid.
56. An licita ſit nunc clauſula generalis, qua poſt deſignatam certam rem, in qua cenſus conſtituatur, obligantur cætera bona præſentia, vel futura ad penſionum ſolutionem. ibid.
57. Conditio à Pio V. requiſita, quod res cenſui ſubiecta fructifera ſit ex natura ſua, requiriturne etiam ex iure naturæ. p.196
58. An debeatur penſio etiam eo anno, quo res cenſui ſubiecta nullos fructus affert, vel in minori quantitate, quam ad penſionis ſolutionem ſufficiat. ibid.
59. Ad implendam primam illam Bullę Pij V. conditionem, debetne res ita eſſe fructifera, vt habeat fructus eiuſdem rationis cum his, qui pro penſione ſunt ſoluendi. p.197
60. An de iure naturæ licitus ſit cenſus, penſioneſque integræ debeantur, quando non emitur pecunia præſenti, ſed partim credita, ac poſtea ſoluenda. ibid.
61. An ex iure naturæ poſſit emi cenſus ex mercibus, vel maſſa argenti pro pretio datis. p.198
62. Stante Pij V. Bulla, & ceſſante fraude validuſne eſt cenſus ſine integro pretio numeratæ pecunię emptus. ibid.
63. An ex iure naturali poſſit cenſus emi ex debito venditoris. ibid.
64. An ſtante Pij V. Bulla, licitum ſit emere cenſum pecunia præſenti numerata, eo tamen pacto, vt venditor ſtatim ex illa pecunia ſoluat emptori debitum, quod ei antea debebat. ibid.
65. Iuxta octauam Bullæ conditionem, quando prædium cenſui ſubiectum non perit, ſed diuiditur poſtea inter plures dominos, ſinguline tenentur, ad penſionem integram, ſi dominus cenſus ab eis exigat. p.199
66. An ſi res cenſui ſubiecta pereat, vel infructuoſa perpetuo fiat debitoris culpa creditor poſſit, & penſiones exigere, quandiu cenſus pretium ei non reſtituitur. ibid.
67. An illicitum ſit de iure naturæ pactum, quod elapſo decennio v.g cenſus redimi vlterius nō poſſit, vel quod non poſſit, niſi poſt decennium p.200
68. An verbis Bullæ Pij V. prohibiti ſunt in poſterum cenſus omnes de nouo creandi, qui ſint omninò irredimibiles. ibid.
69. An attento iure Pontificio poſſit venditor, obligari, ad non redimendum cenſum per partes. 201
70. Creditori denuncians debitor cenſus extinctionem, teneturne, eum non extinguere, niſi elapſo bimeſtri. ibid.
71. Cenſuales contractus, qui poſt Bullā Pij V. ſub alia forma celebrantur, ſuntne re ipſa vſurarij. ibid.
72. Deficiente aliqua ex conditionibus à Pontifice aſſignatis, redditurne totus contractus irritus, ac prohibitus. 202
73. An licite apponi poſſit in cenſus redemptione pactum, vt venditor non ſolum idem pretium, ſed eandem monetam in ſpecie reddat. ibid
Cap. 10. Circa Cambia. ibid.
74. An licet Cambium contractus ſit innominatus ſit in eo pœnitentæ locus tametſi ex vtraque parte completus non ſit. ibid
75. Occaſione officij cambiandi propria authoritate ſuſcepti poteſtne quis, vltrà pecuniæ valorem aliquid accipere. 203
76. Ob commoditatem, quam pecunia aurea, aut argentea præ ærea obtinet, poteſtne aliquid præter valorem à lege taxatum campſor exigere. ibid.
77. An ſit iuſtus titulus vt Campſor lucrum comparare valeat, ſi ipſe prius
der

det pecunias alicui, vt alibi recipiat. p.204.
78. An cambia cum lucro intra idem Regnum poſſint,inſtitui. ibid.
79. Vltra titulum officij cambiandi, & damni emergentis, ac lucri ceſſantis, atque virtualem monetæ traiectionem, titulusne iuſtus eſt, ad aliquid amplius recipiendum vberioris lucri, maior pecuniæ æſtimatio. ibid.
80. An poſſit lucrum augeri à campſore,ex eo quod in loco vbi reddenda eſt,quæ hic accipitur, pecunia, ſit rarior,paucioreſve ſint,qui ad cambium concedunt. p.205
81. Licitumne eſt cambium cum lucro conceſſum ei, qui etſi verè nullam pecuniam habeat in loco ſolutioni deſtinato, ignoranter tamen exiſtimat eam habere. ibid.
82. Licitumne eſt cambium, cum pro campſario reſpondet campſoris procurator. ibid.
83. Campſores,vel bancharij poſſuntne exigere à deponentibus pecunias ſtipendium. 206
84. An campſor vel bancharius licite poſſit detrahere ex mille ſex à deponente ob cuſtodiam, & obligationem,quam in eorum gratiam ſuſcipiunt. ibid.
85. Licitumne eſt campſori paciſci,quod ſi tempore deſignato eandem ſummam campſarius non ſoluat, in recambium accipiat. 207
86. An ceſſante fraude in cambio, ſit obligatio implendi conditiones à Pio V. præſcriptas. ibid.
87. An ſit obligatio reſtituendi acceptū ſi de facto campſor paciſcatur de certo intereſſe,ſi termino præfixo ſibi non præſtetur ſolutio ob veriſimile periculum damni, quod timet euenturum ibid.
Cap. 11. Circa Locationem,& Conductionem. 208
88. An ſi quis habeat licentiam Papæ, vel Epiſcopi ad petendam eleemoſynam per ſe,vel per alios,vt ſuæ conſulat egeſtati,poſſit hoc ius alijs pretio locare? ibid.
89. Vxor,ſoluto matrimonio,teneturne ſtare locationi rei dotalis à marito factæ. ibid.
90. An fructus rei conductæ fiant conductoris ante ſolutam penſionē. 209
91. Quid nomine ſterilitatis omnimodæ,quæ omnino ab vlla penſione ſoluenda excuſat,intelligatur. ibid.
92. An diminuenda ſit tunc penſio ſolum quando non percipitur dimidia pars fructuum qui communiter ex eo fundo ſolent percipi. ibid.
93. An vbertas notabilis alicuius anni det ius locatori,maiorem penſionem exigendi,quam deducta fuerat in pactum. 210
94. Si famulus durante tempore in contractu ſtatuto, ægrotet, poteſtne ſtipendium accipere pro eo tempore, quo ægrotarat, & non poterat famulari. ibid.
95. Quando locator obligat in contractu conductorem ad meliorationem rei conductæ faciendam,faciendane eſt melioratio ſūptibus locatoris. ibid
96. Vſufructuarius locat fundū in quinquennium eaque,ſpe conductor fundum meliorat, & vſufructuario, ſecundo anno, v.g.moriente locatio reſoluitur,& fundum ad dominum proprietatis redit: Hoc in caſu conductor poteſtne exigere meliorationis valorem. 211
97. An liceat locatori obligare conductorem,ad ſuſcipiendum in ſe omne rei locatæ periculum. ibid.
98. An ſi licitus ſit contractus, quo aliquis locat gregem, vel animalia ad vſum,& fructum ex ijs percipiendum eo pacto, vt conductor teneatur numerum integrum conſeruare,aliis in defectum morientiū ſubrogatis. ibid.
Cap 12. Circa Emphyteuſim & Feudum. 212
99. An Emphyteuta ſeu feudatarius debeat priuilegijs domini gaudere. ibid.
100. An Emphyteuta, & feudatarius obligentur rem in emphyteuſim,ſeu feudum acceptam meliorare. ibid.
101. An emphyteuta, vel feudatarius reddens deteriorem rem acceptam incidat in commiſſum, vnde poſſit, domino priuari. ibid.
102. Accepit quis in emphyteuſim, aut feudum perpetuum,vel ad plures vitas oliuetum,v.g. Poteritne, irrequiſito domino,oliuas euellere, & loco illarum vites plantare, quæ ſecundum communem hominum æſtimationem vtiliores ſint. 213
103. Si ab hoſtibus res emphyteutica, aut feudalis occupetur, eo tempore emphyteuta,aut feudatarius habetne obligationem penſionis ſoluendæ. ibid.

104. Cum ob infortunium, aut ſterilitatem fructus rei emphyteuticæ non colligitur, eſtne ob eam cauſam penſio imminuenda. ibid.
105. An obligatio emphyteutæ, vel feudatarij ſoluendi penſionem requirat Iudicis ſententiam. 214
106. Quando emphyteuta venditioni emphyteuſim exponit, non expectata domini venia, vt incidat in commiſſum, ſufficitne traditionem geri fictam per clauſulam conſtituti. ibid.
107. An poſſit quis permutare vel donare emphyteuſim domino irrequiſito. ibid.
108. An ſi Princeps aliquem legitimaret, vt in feudo ſuccedat, eius diſpoſitio habeat effectum, irrequiſito Domino. 215
109. An in agnatorum præiudicium legitimatio habeat effectum ad emphyteuſis, ſeu feudi ſucceſſionem. ibid.
110. Si ſit emphyteuſis, aut feudum priuati, & concedatur alicui pro ſe eiuſque liberis, comprehenduntur ne illegitimi naturales. 216
111. An Fœmina ſemel ad feudum admiſſa, eo quod maſculus deficiebat, ſi poſtmodum naſcatur illius natiuitate ſit excludenda. ibid.
112. An ſi quis accipiens emphyteuſim ſtipulatus fuerit pro ſe, & filijs ſuis: fœmina ſit admittenda. p.217
113. An in emphyteuſi, vel feudo hæreditario poſſit ſucceſſor, repudiata hæreditate vltimi poſſeſſoris, emphyteuſim obtinere, cum tamen primi poſſeſſoris hæres exiſtat. ibid.

## LIBER XL.

*Contractus Fortunæ.*

### SECTIO I.

*De Contractibus Fortunæ receptiores ſine pugna ſententiæ. p.218.*

Cap. I. De Aſſecuratione. p.218
2. De Sponſione. 219
3. De Sortibus. 220
4. De Ludo. ibid.

### SECTIO II.

*Dubia de Contractibus Fortunæ. p.222.*

Cap. 5. Circa Aſſecurationem. p.222
Dub. 1. An ſemper ſit licitus, Aſſecurationis contractus. ibid.
2. Quis agnouit ex Aſtrologia, non fore tempeſtates, vel ex amici litteris Piratas omnino receſſiſſe: Poteſtne adhuc ordinarium pretium, etſi magnum ſit pro aſſecuratione petere ob magna tempeſtatis, ac Piratarum irruptionis pericula. ibid.
3. Si aſſecuretur dimidia mercium pars generatim, pereunte media mercium parte aſſecurator teneturne ſoluere partis pereuntis dimidium. 223
4. Licitumne eſt, quando aliquid ſub haſta venditur, aliquid promittere, & dare ei, qui pretium auxerit, ob aſſecurationem venditionis. ibid.
Cap. 6. Circa ſponſionem, & lucrum per ſortes. ibid
5. Poteſtne ſponſio acceptari, ac lucrū retineri, quando habens quis certitudinem proteſtatur alteri, ſe eſſe certum, nec velle, aut poſſe ſpondere: & tamen alius contendit, ac vult ſpondere, non obſtāte illa certitudine. ibid.
6. Tribus concurrentibus ad officium, vel cathedram, licetne ſponſionem contra ſingulos omnes facere. 224
7. Quando ſponſio fit inter Antonium & Ioannem, quod Antonius Ioannem ſaltu, vel curſu ſuperabit, & Ioannes poſtea ſaltare, aut currere non vult: Ioannes debetne ſoluere. 225
8. An irrita ſit ſuper electione futura ſummi Pontificis, aut Cardinalium ſponſio. ibid.
Cap. 7. Circa Ludum. ibid.
9. An votum, aut iuramentum non ludendi poſſit ſub morali obligare. ibid.
10. An ſit lethale peccatum ludere principaliter propter lucrum. ibid.
11. An ludere principaliter propter lucrum ſit ſaltem veniale piaculum. 226
12. Licitumne eſt ludere preces ſacras, ita vt victus debeat aliquoties pro victore aut pro animabus purgatorij Angelicam (v.g.) ſalutationem recitare. ibid.
13. An Peccent lethaliter exponentes menſas publicas ad ludendum, recepturi omnes, qui ludere volunt, remiſſiue. 227

14. An lethaliter delinquant, qui contra legum præſcriptum ludo prohibito dant operam. ibid.
15. An Clerici peccent lethaliter ludis prohibitis operam exhibentes. ibid.
16. An Religioſi delinquant chartis ludentes. ibid.
17. An ſi quis in ludo exponit rem furtiuam alienam, aut apud ſe depoſitam qui eam lucratus eſt teneatur, eam domino reddere, vbi ſcit, alienam eſſe. p.228
18. Cum tibi in ludo pecunia deficeret, clam eam à colludente ſurripuiſti, eamque poſtea lucratus es, habens quidem vnde valeas eam pecuniam ablatam reſtituere: Potéſne lucrum id retinere. ibid.
19. Id quod filiusfamilias per totum annum licite ludere poteſt, poteſtne etiam ſemel initio anni totum ſimul ludere cum animo in toto anno iterum non ludendi. pagina 229.
20. Qui lucratur à filiofamilias eam ſummam, quam toto anno poſſet perdere, debetne inquirere, an iam eo anno ſummam illam in aliis iacturis expleuerit. ibid.
21. Qui ſuprà ſummam illam, quam, patre annuente, filiusfamilias perdere valet lucratus eſt, debetne totum lucrum reſtituere. ibidem.
22. Si filiusfamilias, qui poteſt v. grat. quinque aureos perdere, lucretur ſucceſſiue triginta, poteſtne illos triginta quinque tunc ludere, & perdere. ibid.
23. Quando non eſt idem ludus ſed ſequenti die cum eodem, vel cum alio colluſore filiusfamilias ludum inſtituit, poteſtne perdere triginta illos aureos, quos quinque aureis, quos perdere poterat, fuerat lucratus. ibid.
24. Lucrum ex ludo ſuſcepto ex qualibet tractione, nempe ex precibus, &c. debetne lucranti colluſori reſtitui. p.230
25. Quando tractio ad ludum eſt cum violentia, aut metu graui iniuſto, debetne reſtituere illud lucrum is, qui traxit, & qui tractus fuit ſi ipſe lucratur. ibid.
26. Eſtne contra iuſtitiam, ſi aduerſario errante contra ſe in numerandis punctis, vel in accipiendo primo loco, qui ſibi competebat, eum de errore non moneas. ibid.
27. Debeſne reſtituere Antonio centum aureos, quos ab eo ob fraudes lucratus es: poteriſne ab illa reſtitutione liberari, ſi tantumdem cum eo perdas. 231
28. Quando magis peritus in ludo poſitiue non fingit, nec decipit, ſed aduerſarius à ſe ipſo deceptus, (quia eius peritiam, ad dexteritatem non ſatis nouit) ludit, debetne lucrum reſtituere. ibid.
29. Si peritia, & exceſſus tuus alteri colluſori noti ſint, vel à te ei manifeſtentur potéſne ipſo adhuc ludere volente, lucrari. ibid.
30. An licite fiat hoc pactum: Antonius ludit pro ſe & pro Ioanne, ita vt dimidium iacturæ Ioannes ſoluat lucri verò ſolùm partem tertiam habeat. p.232.
31. Qui ludit animo non ſoluendi, vel animo repetendi poſteà ſolutum ex beneficio legis repetitionem concedentis, ſi lucretur, poteſtne lucrum retinere. ibid.
32. Quando alter fingit ſe habere in crumena pecuniam, nec animum habet ſoluendi cum poſſet ſoluere ſi vellet, poteſtne ſi lucratur, lucrum retinere. ibid.
33. Lucrans in ludo prohibito teneturne extra iudicium reſtituere quod lucratus eſt. p.233
34. Si victus prius renunciauerit facultati reſtitutionis petendæ, vel promiſerit ſe non petiturum, poteſtne adhuc eam petere. ibidem:
35. Iurauit quis ſoluere, & reſtitutionem non petere, poteſtne petere à prælato Iuramenti laxationem, creditore inuito. ibid.
36. Quando credito creditur, poteſtne lucrum in conſcientia retineri. pagina 234.

LIBER

ESCOBAR
Theol: Mor.
Tom: V. VI. VII.
E. IV
6

## LIBER XLI.

*Contractus Adminicularij, Quaſi contractus, & innominati.*

### SECTIO I.

*De Contractibus Adminicularius, Quaſi contractibus, & Innominatis, receptiores ſine lite Sententiæ. p. 235.*

Cap. 1. DE Societate. p. 235
2. De Fideiuſſione. p. 236.
3. De Pignore, & Hypotheca. p. 237
4. De Mandato. 238
5. De Negotiis geſtis. 240
6 De Tutela, & Cura. 241
7. De Stipulatione, & Acceptilatione. p. 242.
8. De Compromiſſo. 243
9. De Arbitrio. 244
10. De Tranſactione. 245
11. De Compoſitione. 246

### SECTIO II.

*Dubia de Contractibus Adminicularius. pag. 247.*

Cap. 12. Circa Contractum Societatis. p. 247
Dub. 1. In ſocietate, in qua alter pecuniam confert, alter operam, cenſeturne pecunia communicata, ita vt finita ſocietate ſit, vel non ſit diuidenda. ibid.
2. Cum alter pecuniam, alter induſtriam confert, & pecunia perit, communiſne eſt iactura. ibid.
3. Licetne lucrum, ſaluo capitali, in ſocietatis contractu comparare. ibid.
4. Licituſne eſt contractus in ſocietate ſuper animalibus inita, ſi periculum in accipientem animalia reiicias, ipſeque tibi obligetur, æſtimationem in quocumque euentu præſentem ſoluere, communicato lucro, & emolumento, quod ſuperfuerit. ibidem.
5. An ad ſoluendas pro ſocietate expenſas, ea debeant detrahi, quæ quis domi inſumeret, ſi non iniſſet ſocietatem. 249
6. Pro damno mercium vitando, quod ſocius timet euenturum niſi ex proprijs inſumpſerit, vel ſi non habet, mutuo acceperit, obligaturne ex iuſtitia ſi ſumptus leuis ſit, & facile id poſſit præſtare? ibid.
7. Inter patrem, & filium ſub eius poteſtate conſtitutum, poteſtne contrahi ſocietas? ibid.
8. Cum ſocietas tranſit ad hęredes, debetne tranſire non ſolum ad primos hæredes, ſed ad ſubſequentes. pag. 250.
Caput 13. Circa Fideiuſſionem, Pignus, & Hypothecam. ibidem.
9. Mulier ſi fideiuſſionem iuramento confirmauit priuilegij Velleiani ignara, eone gaudet. ibid.
10. Epiſcopus, & Clericus poſſuntne fideiubere. 251
11. Si debitor ſoluendo non ſit, creditor in eius defectum debetne emptor reddere pretium pignoris venditi, ſi extet, vel ſi ex illo factus eſt locupletior. ibid.
Ad Deiparentem Dominam meam Epilogus. 252

R. P.